

Sanctis

dñm. Scio dñe deus meus q̄ p̄bes corda ⁊ simplicitatem diligas
 Vnde ⁊ ego in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa hec ⁊
 populū tuum qui hic repertus est: vidi cum ingenti gaudio tibi
 offerre donaria. Dñe deus custodi in eternū hanc voluntatē cordis
 eorum ⁊ semper in venerationem tuī mens ista permanebit. Per
 dauid filius dei intelligit̄ qui cum videt xp̄ianos ad imitationem
 ⁊ exhortationem sui ex thesauro bonitatis offerre aurum caritatis
 ⁊ argentū castitatis et es patientie ⁊ ferrum obedientie necnon
 ⁊ lapides p̄ciosos aliarū virtutū letet̄ nimirum gaudio magno
 quia gaudium est ei deuota bonitas electoꝝ. Secūdo per bonitatē
 hoīm dyabolus contristat̄ cum ipse sit caput inuidie. Inuidia enī
 est dolor ex aliena felicitate nascens animū torquens. Q̄ aut̄ dya
 bolus sit origo inuidie d̄ in li° Sap̄. 2. Inuidia dyaboli mors in
 tromit in orbem terraz. Teruo per bonitatē aīa consequit̄ vitā
 eternaz: vnde ⁊ dñs illi p̄ceptum qd̄ ad p̄cipuam bonitatē p̄tinet
 vitam adiungit̄ Deut̄. 5. Honora inquit̄ patres tuū ⁊ m̄rem tuā
 vt longo viuas tpe et bene sit tibi in terra quam dñs deus tuus
 daturus est tibi. Quarto bonitas hoīm cum fiducia stare fecit ante
 tribunal xp̄i: vnde ⁊ de elemosina q̄ est de p̄cipuis bonitatis ope
 ribus d̄ Proū. 18. Donum hoīs dilatat viam eius ⁊ ante p̄ncipes
 spacium ei fecit. Sicut enī ante ep̄os ⁊ alios honoratos viros aliq̄
 p̄cedunt cum baculis qui eis viam p̄parent ⁊ ampliant: ita etiam
 bonitas et filie ei⁹ sc̄z elemosine ac alia bona opera cum magna fi
 ducia p̄ducunt aīas ante tribunal xp̄i ibiq̄ eis corā celestib⁹ p̄nci
 pib⁹ honorabile spacium faciunt. Bonitas beato clementi corā deo
 glorioſā sedē posuit: ipse enī tante bonitatis fuit q̄ sic de eo legit̄
 singulaz regionum inops noīatim habebat scriptos ⁊ hos quos
 baptismatis sanctificatio illuminauerat nō sinebat publicē mendi
 citati fieri subiectos. Quinto ab ipsa bonitate ⁊ bonitatis operibus
 semp̄ homo in beatitudine collaudat̄: vnde d̄ Proū. 31. Date ei de
 fructu manū ei⁹ ⁊ laudent eam in portis opera eius. Per portas
 intelligit̄ duplex manifestatio videlicet humanitatis ac diuinitatē
 ihesu xp̄i. In his ergo portis laudant bonū hoīem opera sue boni
 tatis. Felix ē ille qui ibi laudare meruent. Rogate carissimi dñm
 vt sic eum per malicie detestationē ⁊ bonitatis executionē fideli ter
 expectemus vt tandē ipsi venienti alacriter occurrere meream̄ ⁊.

Item de sancta Katherina. Sermo. li.

Simile est regnum celoꝝ sagene misse ⁊c̄ Mat̄. 13. Cōmen
 ta toꝝ super de plantis aristotilis sic inquit. Post ventos validos
 fructuosior sit ortus oīs. Nā s̄m pluuīā magis virent herbe ventū
 motē ⁊ vt recitat auicēna. Ignis mot⁹ ardet. ⁊ etiā herba magis